

1348 : THE FAMILY TOMB IN SAN LORENZO ≠ MARCO POLO
 Notarium ipsumque Rogavi ut hoc meum scriberet Testamentum pariter & con-
 pleret In quo quidem meos Instituo fidei Comissarios dominum Thomam Gradonico
 dilectum virum meum prescriptum & dominam Fantinam Bragadino peramabilem
 sororem meam . . . In primisque omnium rectam dimitto decimam Jtem volo
 distribui pro anima mea decima computata libras mille Ex quibus quidem dimitto
 Cristine seruiciali mee libras quatuor grossorum pro suo maritare Jtem volo quod
 ultra hoc soluatur ei illa rauba quam emi a Pasqualino & sit sua Jtem dimitto
 Pasqualino filio dicti domini Thome Gradonico viri & comissarii mei libras
 viginti quinque . . . Jtem dimitto Ecclesie sancti Johannis Grisostomi Calicem
 vnum a soldis quindecim grossorum Jtem dimitto sacerdotibus eiusdem Ecclesie
 sancti Johannis pro Cella celebratione missarum soldos quinque grossorum Jtem dimitto
 sacerdotibus Ecclesie Sancti Pauli cuius parocie sum soldos decem grossorum pro
 Cella celebratione missarum Jtem dimitto santole & Nutrici mee soldos decem grossorum.
 Jtem dimitto done Jacobine soldos decem grossorum pro anima mea Jtem Romane
 soldos decem grossorum Jtem dimitto dine soldos decem grossorum Jtem dimitto
 lucie vxori Menegi soldos quinque grossorum pro vna gonela Jtem dimitto con-
 uentui monialium sancti Laurencij apud locum quarum uolo sepeliri In Archa
 parentum meorum soldos viginti grossorum ut ipse teneantur & debeant facere
 cella celebrationem pro anima mea usque ad vnum annum . . . Jtem scole sancti
 Johannis Batiste libras quinque . . . Jtem dimitto Angnesine pollo pro suo maritare
 soldos quadraginta grossorum Jtem dimitto Çanino filio ser Thome Mauroceni
 libras quinquaginta que stare debeant In manibus alicuius boni viri ad utilitatem
 dicti Çanini ita quod neque prode neque Capitale habere possit nisi cum fuerit
 Annorum viginti Jtem dimitto Marie Marcello nepti mee libras Centum Jtem di-
 mitto Andriolo filio filio (*sic, for filio, or ? pollo filio*) Catharucie pro vno aparamento
 sacerdotali & Alijs necessariis sacerdoti cum fuerit sacerdos soldos quadraginta
 grossorum . . . Jtem dimitto Margarite seruiciali mee soldos duos grossorum
 Residium uero dictarum librarum mille distribuatur pro anima mea In extrahendo
 Carceratos de Carceribus & Alijs Elemosinis & pijs Causis prout dictis meis
 Comissariis uidebitur conuenire Jtem volo & ordino quod si heredes domine
 Angnesine lauredano fecerint(?) rationem lagiorum grossorum meorum quos habuit
 dominus Marcus lauredano habeant libras quinquaginta quas eis dimitto secundum
 formam testamenti matris mee Alioquin nichil habeant Jtem dimitto prescripto viro
 & Comissario meo domino Thome Gradonico libras vigintitres uel viginti quatuor
 denariorum venetorum grossorum quas ipse habet de meo In manibus suis Et
 Insuper ei dimitto libras decem denariorum venetorum grossorum quas dicta soror
 & comissaria mea ei dare teneatur & debeat Intra medium Annum Residium uero